

7. Juxta prædictam sententiam conditio hæc, si honeste & caste vixerit, excludit etiam secundas nuptias, quando filii legant suæ matris, vel ab eo qui erat antea vel consanguineis viri præmortui, vel ab eo qui erat antea vel consanguineis viri præmortui, quia injuriam necessitudine priori viro conjunctus; quia injuria parenti illata ob secundas nuptias in hos omnes quoque redundat. a. n. 17. ad 20.

8. Si uxor vel ejus filii, aut consanguinei, aut archidiaconi amicitia conjuncti, aut filii ipsius viri, legatum relinquant viro sub ea conditione, si caste & honeste vixerit, id amittit vir transiens ad secundas nuptias. n. 21.

9. Si conjux cui legatur sub conditione caste & honeste vivendi, minime consummasset prius matrimonium, tunc ea conditio non excludit secundas nuptias, quia respectu hujus conjugis vidui est nulla, & rejicitur. n. 22.

10. Quando conjux legat conjugi sub hac conditione, si lectum meum custodierit, vel donec custodierit, per ea censetur excludi secundas nuptias, ac proinde alteruter conjux ad eas transiens, legatum amittet. n. 23.

11. Verum est quod non excludi nuptias secundas per conditionem caste & honeste vivendi, quando apponitur a consanguineis conjugis ad illas transiens, vel ab alio extraneo; tamen si conjux transierit ad tertias nuptias, legatum amittet, quia tertiæ vel ultiores nuptiæ a castitate desunt, atque incontinentiæ signum sunt. n. 24.

12. Legatum usufructus, vel alimentorum relictum uxori a viro, expressa conditione quamvis transeat ad secundas nuptias, non amittitur per transitum ad tertias, vel ultiores. n. 25.

13. Si secundæ nuptiæ ita repugnent ætati, aut statui viduæ, ut merito in communi prudentiam æstimatione reputentur inhonestæ, ac ejus famam denigrantes, merito ad eas transiendo non censetur parum conditioni honestæ ac castitatis vitæ, unde legatum amitteretur. numer. 26.

14. Si mulier quacunque alia ex causa efficiatur infamis, etiam propter delictum damnata, dici non potest honeste vivere, ut id legatum consequatur. n. 27.

15. Si femina jurasset, ut vivisset secundis nuptiis abstinens, non dicitur caste vivere transiens ad illas, ad obtinendum id legatum a quocunque relicto. n. 28.

16. Si secundæ nuptiæ eederent in dedecorem reliquentis legatum sub conditione caste & honeste vivendi, tunc per illas perderetur. n. 29.

17. Quidam viri docti existimant legatum relicto alicui, sub conditione caste & honeste vivendi, minime periri non, vel altera fornicatione, sed quando femina ita passim sui corporis copiam facit; ut merito dici possit inhoneste vivens; alii placet ejusmodi conditioni non pareri unica fornicatione admissa, atque ita amitti in utroque foro id legatum; sed distinguendum est, si legatum relicto sit a marito, vel ejus filii, aut filii ipsius uxoris, aut alterius conjugis consanguineis, vel archidiaconi familiaritate conjunctis, satis est unica fornicatio ut id legatum amittatur; secus si ab extraneo relicto sit, tunc enim desideratur ea fornicatione frequenter, ut merito ac jure optimo possit dici ejusmodi vita impudica, & inhonestæ. n. 31. 32. & 33.

18. Uxor legante viro sub conditione caste, & honeste vivendi, non perditur id legatum ob unicam viri fornicationem, sed quando carnis vitii ita deditus fuerit, ut merito ejus vita impudica, & inhonestæ appellari valeat: idem dicendum si a consanguineis viri, vel uxoris, vel a quocunque id legatum reliquerit. n. 34.

19. Legatum semel perditum ob fornicationem, aut vitam inhonestam, contra conditionem in legato appositam, minime recuperatur ad meliorem frugem redeundo: sicut non recuperatur legatum sub conditione non nubendi relicto adveniente viduitate. n. 35.

20. Legatum relicto feminis honestis, aut honeste viventibus maritandis, potest dari ei quæ semel fornicata est. numer. 36.

21. Censetur quidam legatum, sub conditione caste & honeste vivendi, amitti a femina amplexu virorum, aut tactu impudico patienti: alii placet id legatum non amitti fracta castitate, mente, verbo, vel alio actu lascivo præter copulam; Authori vero placet id legatum non amitti per unicum, vel alium actum hujusmodi lascivum; secus quando toties femina in hostatibus labitur, ut arbitrio boni viri possit dici femina illa inhoneste vivens. n. 38. 39. & 40.

22. Quibusdam placet legatum relicto, sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, perdit per fornicationem, ne plus faveatur luxuriæ quam castitati: ac probabilis est non perdit fornicando, quamvis a marito relicto sit, quia licet poenæ secundo nubentibus impostæ extendantur ad fornicationes, id procedit post judicis sententiam. n. 41. & 42.

23. Legatum relicto sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, non amittitur quando posteriores nuptiæ sunt irritæ, & hoc in foro conscientiæ, donec judicis sententia privans in poenam accedat. n. 43.

24. Prædictum legatum non perditur per sponsalia de

futuro, neque si secundum matrimonium per verba de presenti consummatum non sit. n. 44. & 45.

25. Legatum femine a viro, vel a quocunque relicto, quamdiu vitam vidualem servaverit, non extrahitur femina ingrediente religionem, quia per id spirituale cum Christo matrimonium minime cessat vita viduæ. numer. 46.

26. Legatum conjugi a conjuge relicto, quamdiu cum filii conjugis legantis commoratus fuerit, amittitur, si conjux superstes ad secundas nuptias ingret, quamvis velit cum dictis filiis habitare; Contraria tamen sententia est satis probabilis. n. 47. & 48.

27. Si superstibus filiis mater semper cum eis vita viduali servata habitavit, non amittit id legatum, quamvis eis vita functis ad secundas transierit nuptias. numer. 49.

28. Legatum relicto uxori, dum steterit in domo ipsius viri, intelligitur, in vita viduali, atque perditur per secundas nuptias. n. 52.

29. Legatum maritandis legitimis relicto, quidam asserunt posse conferri viduis secundo nuptiis, sed omnino tenenda sententia docet, id legatum non posse conferri viduis secundo nubentibus, quia ea testatoris verba de solis primis nuptiis intelligenda sunt: si tamen vidua nuptura prius matrimonium non consummarit, potest capere id legatum, aut si nullæ essent femine ætate nobiles quibus potest id legatum impertiri, tunc ex verisimili testatoris mente, potest conferri viduis, ne opus pium differatur, a. n. 54. ad 57.

30. Legatum relicto a viro uxori sub nomine appellativo, ut lego uxori meæ, quidam asserunt, alii negant deberi posteriori: verum si testator conjugatus erat tempore testamenti conditi, intelligitur id legatum de sola uxore præsentis; si autem minime, debetur cui-cumque uxori quam tempore mortis testator habebat, cum hic actus sit favorabilis. n. 58. & 59.

31. Si id quod relinquitur uxori sit etiam favorabile, quale est alimentorum legatum; tunc concurrente duplici favore, scilicet ultimæ voluntatis, & ipsius religatæ, de quacunque uxore videtur testator intellexisse. numer. 60.

32. Legatum maritandis, non potest conferri nisi feminis, quæ sunt ætate nobiles, nimirum 12. annos nactæ: unde relicto legatum certa maritandis, quæ ætate non est nubilis, peti nequit ante ætatem nuptiis aptam. n. 61. & 62.

33. Legatum relicto puellis dotandis, potest conferri jam nuptis sine dote, vel cum modica dote, quando vir ea inopia laborat, ut sustinendo matrimonium onera minime sit. numer. 63.

Si puellis maritandis legatum relicto sit, conferri nequit jam maritate. n. 64.

34. Legatum pro certa persona maritanda debetur, quamvis ea tempore testamenti maritata esset, & a fortiori, si postea nubat testatore superstiti. n. 65.

35. Legatum relicto consanguineis maritandis, quamvis nequeat conferri consanguineis tempore testamenti conjugatæ; at si testatore mortuo auxilium, potest illi dari. numer. 66.

36. Quando relinquitur legatum alicui personæ determinatæ, ut matrimonium inerat, fere certum est deberi, si religionem ingrediatur; quia ubi testator oppositum minime declaravit, presumit jus fore, ut idem disponeret testator si meminisset, casu quo iustus matrimonium inire, religionem ingrederetur, & hoc religionis favore. l. 1. d. 33. n. 29.

37. Ubi conjuncturæ sunt testatorem de nuptiis carnalibus intellexisse, non consequitur legatum religionem ingrediens, quia cessat præsumptio dicta, v. g. si testator legavit puellæ, si nubat certæ personæ, vel si reliquit cuidam tertio si certa puella nupterit. n. 30.

38. Quando non certa personæ matrimonio collocandæ, sed indefinite puellarum matrimonio legatum relinquitur, alii affirmant posse dari puellæ religionem ingrediendi; ceterum dicendum est id legatum distribuendum non posse ingrediendi monasterium, sed solis matrimonium temporale inuentibus. n. 31. & 32.

39. Valet conditio legato, vel majoratui adjecta, ut legatarius, vel in majoratu succedens, ducat consanguineam, præmissa Pontificis dispensatione, quia ea conditio non reputatur impossibilis, quamvis consanguinitas sit in secundo gradu. l. 5. d. 5. n. 19. & 20.

40. Legatario, vel majoratus successori gravato ad contrahendum cum consanguinea, si Pontifex dispensaverit, incumbit impretare dispensationem, si valet legatum, vel majoratum. n. 21.

**Legitimare. Legitimus.**  
 1. Quamvis filii ex matrimonio vere nullo geniti, quando adit bona fides in utroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, sint legitimi: ac si matrimonium illud nullum fuit clandestinum, erunt illegitimi, non obstante parentum bona fide, quia hæc est poena matrimonii clandestini. l. 3. d. 42. n. 2.  
 2. Quidam censent hanc poenam matrimonii clandestini

fini intelligi solum, quando impedimentum ob quod nullum fuit matrimonium est consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis, sed dicendum est habere locum dictam poenam ob quodcumque aliud impedimentum matrimonium irritum sit. n. 3. & 4.

3. Nati ex fornicatione, legitimantur per subsequens matrimonium putativo, nati vero ex matrimonio putativo clandestino, minime, quia fornicatio non tendit in Ecclesiæ contemptum, nec ita eam scandalizat: matrimonium vero clandestinum, valde offendit Ecclesiæ, eamque contemnit; unde non mirum si ei non faveat, fœumque ei denegat auxilium. n. 2.

4. Si matrimonium clandestinum nullum fuisset, ex defectu consensus interni alterius conjugis, vel ex defectu parochi communiter talis reputari, cum haberet nullum ritulum, sed esset intrusus, in his casibus proles suscepta ex eo matrimonio clandestino putativo esset legitima. numer. 5.

5. Filii concepti ex matrimonio clandestino in valido antequam appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, efficiuntur legitimi ubi matrimonium publicatum fuerit, ac Ecclesiæ autoritate tanquam validum comprobatur, licet postea detegatur impedimentum: probabile tamen est genitos ante approbationem non esse legitimos, sed eos solos qui matrimonio jam approbato concepti sunt. l. 3. d. 43.

6. Matrimonium clandestinum validum legitime efficit prolem antea habitam, in eisdem casibus omnino, in quibus idem efficeret, si in Ecclesiæ facie initum esset, quia correctio juris vitanda est, & poena cum sit odiosa, imponenda non est, ubi in jure non est expressa. l. 2. d. 44. num. 3.

7. Matrimonium in articulo mortis desperata jam salute contractum ita efficax est, ut valeat reddere legitimum prolem naturalem ante habitam: imo proles sic legitima nulla alia fraudis suspitione concurrenti, succedit excluso substituto, juxta communissimam ac veterem sententiam. l. 7. d. 105. n. 5. & 8.

8. Quando vere comitato animo defraudandi substituti matrimonium in articulo mortis initum esse, etsi communis, & valde probabilis sententia sit, tunc minime excludi substitutum, quamvis matrimonium valeat, ac prolem legitimum reddat; Authori tamen placet opposita sententia, ut non obstante eo animo defraudandi substituti, succedat proles per id matrimonium legitime reddita, excluso substituto; quia non dicitur substitutum defraudandi qui jure suo utitur. n. 9. & 10.

9. Quorundam opinio probabilis est, potentem ex privilegio legitime adulterum, & incestuosum, non posse, quando utrumque vitium in eadem persona concurrat, sed probabilis est virtute illius facultatis posse legitimum utroque vitio laborantem, quod in materia favorabilis sub simplicibus continetur casus missus, secus in odiosa. l. 6. d. 2. n. 27. & 28. intelligi, quando in favorem legitimum conceditur facultas legitimandi, secus quando in ipsius legitimum favorem. n. 29.

10. Quando potestas legitimandi concessa alicui loqueretur de spiritibus, nulla limitatione sub se omnes spiritus sit terminis generalis comprehendens, cum spiritibus species, extenditur etiam ad casum mittum, eo vel maxime quod potestas hæc sit favorabilis, & late interpretanda. n. 30.

11. Quando nullo præcedenti matrimonio petitur dispensatio ad inendum, explicata Pontifici copula, & apponitur clausula apponi solita de stylo curiæ, quæ est: prolem susceptam si qua sit & suscipienda legitimum decernendo, tunc non dispensatur in radice matrimonii, nec ut proles ante dispensationem suscepta sit legitima quoad temporalia, sed solum quoad spiritualia. l. 8. d. 7. n. 14.

12. Si facta dispensatione, & legitimatione prolis susceptæ, parentes poenitentia ducti non inirent matrimonium illa proles suscepta nullatenus foret legitima. n. 15.

13. Quamvis Ordinarius, vel Confessor, ex commissione Pontificis dispenset in impedimento, ut sic matrimonium valide ineat, si tamen non explicuit se quodque dispensare ut proles sit legitima antea habita, ad nihil legitima manebit: secus est de prole suscipienda post matrimonium initum. n. 16.

14. Si Ordinarius, vel Confessor, qui dispensavit in impedimento, omisit decernere prolem susceptam legitimum, poterit id decernere quandoquidem durante ejus officio: quod si jam deposuerit officium vel obierit, vel abies fuerit, successori in officio, vel alius Confessarius Doctor in Theologia, vel in jure canonico poterit exequi. n. 17.

15. Si dispenset Papa ut matrimonio semel contracto juxta vide ob impedimentum jure Pontificis dirimens, id iterum ineat, certum est eam dispensationem nullatenus porrigi ut proles ante dispensationem nata legitimum alicui modo. n. 18.

16. Si proles illa quantumvis ante dispensationem concepta, nasceretur post dispensationem expeditam ab Ordinario, & ante initum matrimonium, esset naturalis, & per consequens legitimum quoad omnia subsequens matrimonium inter parentes illius contractum. numer. 19.

17. Quamvis Pontifex dispensans in matrimonio irritato, vel deano celebretur, dispenset simpliciter cum prole ex eo matrimonio nata, non censetur tamen in matrimonii radice dispensare, ac omnino legitimare prolem, sed tantum legitimare eam quoad spiritualia, sicut si extra matrimonium nata esset. n. 20.

18. Si Pontifex explicaret se dispensare in matrimonio irritato contracto, ut ex tunc, id est, ut ab initio contractus legitimum censetur, non est dubium quin tunc censetur in radice matrimonii dispensare, ac consequenter legitimare prolem quoad omnia, etiam in teris non ipsi temporaliter subjectis. n. 22.

19. Quando Pontifex post initum invalide matrimonium dispensat, ut valide ineat, addita hac clausula, prolem susceptam si qua sit, & suscipiendam exinde legitimum decernit; secundum quosdam est dispensatio in radice matrimonii, ac proinde legitimum proles quoad omnia; contrarium tamen est verius. n. 23.

20. Quando Pontifex dispensat in matrimonio irritato, concedens licentiam permanenti, seu perseverandi in illo quidam censent esse tunc legitimationem quoad omnia; ac dicendum est per eam clausulam non solum non dispensari in radice matrimonii, sed nec prolem alicui modo legitimare, etiam quoad spiritualia, licet illius fiat mentio. n. 24. & 25.

21. Quando Pontifex utitur verbo, Legitimamus matrimonium, quædam sententia nisi conferri dispensatum in matrimonii radice, nisi addat, Legitimamus ut ex tunc; verior tamen sententia asserit quando Pontifex legitimat matrimonium & prolem, censeri dispensatum in radice matrimonii, & consequenter plenissimam esse quoad omnia legitimationem. n. 27.

22. Verissima ac receptissima sententia est Pontificem non habere potestatem ad legitimandum quoad bona temporalia; & officia secularia extra loca temporalia suæ jurisdictioni subiecta, sed tantum quoad beneficia, ordines, ac Ecclesiastica officia: si tamen causa ardua acciderit in qua valde religiosi Christiani expedit ea legitimatio, in hoc casu possit, & maxime quando Princeps secularis ad quem ea legitimatio spectat eam efficere renueret, an non tam cito vellet, aut posset ut res postularet. n. 1.

23. Quidam sustinent quando Pontifex dispensat in matrimonii irriti radice (nempe quando matrimonium fuit irritum ratione impedimenti jure Pontifici inducti) non posse legitimare filios ex eo ante matrimonii dispensationem natos, in locis sibi temporaliter non subditis, ita ut capaces sint officiorum secularium, ac successio temporalium; frequentissima tamen ac veterior sententia habet id posse Pontificem: ita decisum fuit Normandiam per Arellum; & in Rota; hisque diebus in prætorio Granateni sententiæ pars hæc definita est. Gravem tamen culpam Pontifex admittit, si abique causa legitima dispensationem hanc concederet, quamvis valida esset. n. 3. 4. & 5.

24. Hæc dispensatio in radice matrimonii potest fieri a Pontifice, quamvis jam parentes prolis, qui irritum matrimonium inierant, obierint. n. 6.

25. Quando proles habita fuit nullo præcedenti matrimonio irritato, sed ex concubitu omnino fornicario, non potest Pontifex eam quoad temporalia, & secularia legitimare extra loca suæ temporalis jurisdictionis; quia cum nulla sit matrimonii radix in qua directè dispensando, legitime indirecte, & per quamdam consequentiam; id esset utique legitimare directè quoad temporalia, quod suæ potestatis minime est. n. 7.

26. Quando matrimonium irritum erat ob impedimentum juris divini naturalis, nequit Pontifex prolem legitimare, quia radicem nullitatis illius matrimonii nequit Pontifex dispensando auferre, cum sit impedimentum juris naturalis. n. 8.

27. Quando proles genita est ex professo, sustinendo opinionem, votum solemnè jure divino naturali dirimere matrimonium, est dicendum Pontificem non posse dispensare in radice illius matrimonii: sed quia probabile est votum solemnè, solo jure ecclesiastico matrimonium dirimere, eandem probabilitatem habebit posse Pontificem dispensare in hoc casu. In radice autem matrimonii initi cum voto ordinis sacri non est dubium in ea posse Pontificem dispensare. n. 9.

28. Quando matrimonium fuit nullum defectu consensus in utroque, vel altero contrahente, non potest Pontifex dispensare in radice illius, quia est de jure naturali irritum: & hoc verum si impedimentum juris naturalis, vel defectus consensus certa essent; nam in dubio possit Pontifex dispensare in illius radice. n. 10.

29. Princeps secularis nulla ratione potest legitimare prolem habitam ex matrimonio irritato, ut capax sit ordinum, aut ceterorum Ecclesiasticorum. n. 11.

30. Quando nondum inito matrimonio dispensatur, ut ineat legitimandum prolem suscipiendam in solo conscientie foro, talis proles vere est legitima, & quoad spiritualia, & quoad temporalia in solo tamen conscientie foro. l. 8. d. 4. n. 47.



1. Juxta leges Castellæ restituendum est. l. 1. d. 31. nu. 1.  
 2. Si minor sit pubes, & curatore careat, non tenetur in ludo lucras restituere, donec minore restituitur in ludo lucras restituere, vel sit impubes, pubertati autem petente, iudex lucrantem ad eam cogat: si autem minor curatorem habeat, vel sit impubes, pubertati tamen proximus, juxta probabiliorum opinionem non tenetur lucras restituere interim, dum minor, vel tutor loco illius id non petit coram iudice utens beneficio restitutionis: oppositum tamen nempe lucrantem teneri est etiam probabile. l. 6. d. 38. n. 30.  
 3. Perdens ludis lege interdictis, actionem habet ad recuperandum lucrum coram iudice, at non potest inconsulto iudice compensatione uti; & si solvat, petarque postea autoritate privata, lucrum sibi restitui, non tenetur alter donec condemnatur. n. 32.  
 4. Si minor nequeat abique magnis expensis petere coram iudice restitutionem, affirmant aliqui posse occultam compensationem uti; sed hoc minime credendum est, nisi quando talis esset læsus, ut alter citra omne dubium teneretur in foro conscientie restituere ante omnem iudicis sententiam. libidem.  
 5. Quando datur repetitio in ludo, verius est pendente tuta conscientia non teneri solvere, nec stare contractui, quamvis quidam non improbabiter contrarium aserant. n. 33. & 34.  
 6. Trahens ad ludam precibus importunis, secundum communem sententiam tenetur ad lucrum restituendum; licet Molina probabiliter faciat hoc admittat tantum in casu damni illati per ludam; & sic damno secuto, solam damni æstimationem esse restituendam. l. 4. d. 10. nu. 10.  
**Maleficium.**  
 1. Juxta Theologorum omnium sententiam, & juris Pontificii professores, malefici valent suis maleficiis reddere hostium impotentem ad copulam, qua cum deo reddant virum ad venerem aptum, nempe, calor, & spiritus, demont potest calorem minuere, & spiritus impedire vitam illis præcludens. l. 7. d. 94. n. 1.  
 2. Malefici solent quinque modis demonis arte viros impotentes ad copulam reddere. 1. corpora impediendo ne sibi mutuo appropinquent ad coitum, vel directe secernendo ea detinendo in diversis locis; vel indirecte, interponendo se in corpore assumpto. 2. ita inflammandum ad actum ut aate coitum effundatur semen, vel refrigerando ab actu illo, adhibendo occulte virtutes rerum quas optime notit. 3. turbando imaginationem, & æstimationem, qua reddit mulierem exotam viro, quando veneri vacare volunt. 4. prohibendo rigorem membri, reddita viri virga flaccida, quando coire vult. 5. prohibendo missionem spirituum ad membra in quibus est virtus motiva, quasi intercludendo vias feminis, ne ad vasa generationis descendat, vel ne exeat, vel ne emittat, vel sementibrahendo vel obstruendo, aut nimium arctando vas muliebri, aut viri genitalia abscondendo, retrahendo, vel re vera adimendo. n. 2.  
 3. Non soli viri, sed etiam femine possunt maleficiis impotentes ad copulam reddi: unde communiter maleficiatur femina per solam opinionem seu phantasie læsionem: ut si viro propterante ad coitum illa subito horret genitale viri, quasi inproportionata magnitudinis, & nulla ratione sinit se cognoscitoler tamen aliquando demon arctare vas feminem, ut minime possit a viro penetrari. n. 3.  
 4. Maleficium quandoque impedit potentiam absolute & quoad omnes, quandoque tamen respectu unius, at raro contingit circa omnes, & communiter est erga unam, vel alteram personam. n. 4.  
 5. Malefici signum est, quando quis coitum appetit, & virgam erigit, ita ut ad copulam aptus sit, & cum ad vas feminem penetrandum appropinquat, relaxantur ac concidunt subito organa, nec potest complere, atque iterum rigent, est iterum copulari nititur, denuo laxantur: item signum est malefici si vir ad unam ligatus sit, potens autem ad alias, quando impedimentum non est arctitudine, aut virginitate femine. n. 6.  
 6. Quidam negant impotentiam perpetuam ad copulam ex maleficio consequentem dirimere subséquens matrimonium cum persona illa ad quam est impotentia; sed procul dubio tenendum est, dirimere matrimonium subséquens. n. 7. & 8.  
 7. Maleficium censetur perpetuum, si non possit auferri per opus humanum, nisi per aliud maleficium: item censetur perpetuum, quamvis tolli possit per divinum miraculum, sicut per Ecclesie exorcismos. nu. 9. & 10.  
 8. Juxta aliquos censetur perpetuum impedimentum malefici, si a solo maleficii Authore, etiam modo licito, auferri potest, quia non videtur possibilis remotio malefici cum pendat ex voluntate unius: sed censendum est tunc maleficium esse temporale, nec per illud matrimonium dirimi, quia potest auferri per opus humanum licitum, & abique divino miraculo. n. 11.  
 9. In dubio perpetuæ sit, an temporale maleficium, præsumitur perpetuum, ac dissolvitur conjugium, quando triennio conjuges dederunt operam carnali copulæ, nec pericere poterunt. n. 12.  
 10. Volunt aliqui conjugem, qui procuravit malefici-

um, non posse petere ratione illius, dissolutionem matrimonii, cum culpa sua id evenerit; ab horum tamen sententia recedendum est cum careat fundamento. n. 13.  
 11. Nunquam ob quæcumque finem bonum, licitum est uti maleficio ad tollendum quodcumque maleficium: quod sit intrinsece malum, demonis auxilium per malentia invocare. l. 7. d. 95. n. 1.  
 12. Dicunt quidam satis posse tolerare Ecclesiam, ut liceat vana vanis reficere: at jure optimo hoc reprobat alii, quia omnia media non naturalia, sed vana, illicita sunt, nec superflitione carent. n. 2. & 3.  
 13. Quando dubium est, an observationes sint superflitione, & vana, cautela bona est, & prodest, protestari, animum esse non utendi illis quatenus res vana ac superflitione sunt, nec consequendi effectum, si ex demonis pacto obtineatur; sed lolum utendi iis, quatenus sunt res licite, & effectus a DEO obtineatur. n. 4.  
 14. Media per quæ maleficium auferitur licita sunt, si adhibeantur exorcismi Ecclesie, opera penitentiae, Sacramentorum receptio, ipsa etiam signa oblatio medium naturale est. n. 5.  
 15. Quidquid efficitur, aut dicitur gratia aliquis boni obtinendi, aut mali vitandi, quod nec vim naturalem, nec supernaturalem ad eum effectum habet, vanum est, & superflitionis; ac proinde effectus sic comparatus; est tribuendus occulte demonis operationi: quia illud vanum & superflitionis est, quod non prodest ad finem ad quem adhibetur. libidem.  
 16. Existimant quidam licere a maleficio parato ad solvendum maleficiis maleficium, id petere, eo quod petens non censeatur, ad peccatum inducere maleficium; sed peccato uti ad salutem comparandum: verum certissimum est, nullatenus id licere: quia solum licet a parato petere id quod ipse licite potest præstare, quando petentis interest, ut necessitati suæ consulat: tunc enim non est petere peccatum, nec cooperari peccato alterius sed res petita potest licite fieri, & alter malitia sua illicitate præstare. n. 6. & 7.  
 17. Non licet petere a maleficio solutionem maleficii, non explicando ut maleficio solvat, quando constat eum necesse solvere abique alio maleficio, quia petitur res quam nequit licite præstare. n. 8.  
 18. Nullatenus exalantur a culpa iudices cogentes maleficium benedictione quadam maleficium auferre; quod benedictio ea maleficii nisi aliud fit quam formula, ac cæremonia; qua ex pacto demonis cæsurum se fopponit. num. 10.  
 19. Quando maleficiis plura media ad solvendum maleficium nosset; quedam licita, & quedam illicita, licitum est petere ab eo absolute ut maleficium solvat; quamvis consistat petenti fore ut medio illicito utatur: sicut licitum est petere ab usurario marum, & ab infidelis iuramentum, quando petens eis indiget, quia eadem militat ratio in hoc casu. Contra Cajet. & Delrium. n. 11. & 12.  
 20. Quando dubium esset an maleficium medium aliquod solvendi maleficium licitum nosset, nullatenus licet solutionem maleficii ab eo petere, quod præsumptio sit contra illum. n. 13.  
 21. Ab eo maleficio qui Authore maleficii illius non fuit, rarissime licet petere medelam maleficii, nisi de loco & modo maleficii ab ipso Authore, vel ab alio certior factus sit. n. 14.  
 22. solet a maleficiis pactum cum demone iniri dupliciter: priori modo duplici intercedente pacto, ut cum conventum est fore ut demon vexet adhibito tali signo, coque remoto cesset. Posteriori modo quando unicum fuit pactum, ut quando magus cum demone solum convenit, ut posito tali signo teneatur nocere. l. 7. d. 96. num. 1.  
 23. Joannes Hesseles cum suis defendit licere maleficii signum destruere, ac removeere animo irridendi demonis, ac vanitatis earum rerum ostendende, secus animo obtinendæ salutis: tamen hoc non obstante dicendum prorsus est licere ipsi Maleficio, vel cuiuscumque alii signa illa maleficii amovere; animo destruendi pacti cum demone iniri, & obtinendæ sanitatis maleficii. n. 2. & 3.  
 24. Potest interrogari alius maleficus an noit in quod tale maleficium consistat, ut signum destruat, quod si ille ignoret; minime potest induci ut per artem suam id investiget: at si forte is addicat novo pacto cum demone inito, licet ea scientia ad destruendum signum maleficii in saum commodum uti. n. 4.  
 25. Quamvis subdito maleficii signo debeat damnum in ipsam maleficium retinui, quod ita pactus sit demoni, vacat culpa illud auferre: quia auferens non concurrit ad maleficii damnum, sed solum sibi consilii auferens signum, & damnium est præter intentionem: idem dicendum quamvis damnium illud in quendam tertium, maleficio ita pacifice cum demone, redundare debeat. num. 5.  
 26. Dissolutionem matrimonii facta legitime per Ecclesiam ratione maleficii, sive alterius sive utriusque conjugis, ut si lapso triennio experientia, & adhibitis legitimis probationibus quas jus ad dicti matrimonii disso-

dissolutionem petit, concedenda est utrique conjugii licentia ad alias nuptias transiendi, quando maleficium est paricula respectu unius, aut alterius tantum; ac proinde eis inuentibus aliud matrimonium idque consummationibus, nequaquam prius instaurandum est. l. 7. d. 99. a. n. 20. ad 23.  
 27. Quando constat maleficium esse generale respectu omnium, tunc si maleficiatus dissoluto priori matrimonio per Ecclesiam ad aliud transiret, idque consummaret, separandus esset, & instaurandum prius matrimonium: idem dicendum si maleficiatus ille respectu omnium, fornicaretur cum aliqua, instaurandum etiam esset prius matrimonium. n. 24.  
 28. Si vir eam uxorem cum qua maleficiatus erat, & a qua ratione maleficii disjunctus fuerat, fornicarie cognovit, tunc est instaurandum matrimonium cum illa; quod experientia docuerit Ecclesiam dissolventem matrimonium deceptam esse, dum impotentiam illam ex maleficio ortum iudicavit perpetuam; atque id verissimum est quamvis maleficiatus ille, aut uterque jam ad aliud transfisset matrimonium. n. 25.  
**Mandatum.**  
 1. Mandatum donandi exprimit mandatis morte, & ideo eo ipso censetur tacite revocatum, antequam donatarius acceptet, quia jus dandi non habet procurator, eo quod mandatum morte cessat, unde res illa tradenda est hereditibus mandantis, non vero donatario. l. 1. d. 6. num. 7.  
 2. Si quis non statim donans, aut promittens mittat aliquid donandum Titio, & nuncius inquit donum inferat, aut iniuste differat manifestare Titio ut acceptet, & interim donans obeat, tenetur nuncius ad duplicem restitutionem, alteram hereditibus donatoris, quia mandatum donantis morte cessavit, alteram donatario, quia iniuste causa fuit ne illud donaretur. n. 8.  
 3. Si mandatum sit ad pias causas, aut favore dotis, vel scholasticorum, ac re integra mandans decessit, favore pias causas non expirat mandatum obitu mandantis. n. 9.  
 4. Si quis constitutus sit procurator cum donandi potestate, & interim mandans decessit, procuratorque donet, cum ipse & donatarius mandantis obitu ignorent, valida erit donatio: nam gestis per procuratorem, dum eius revocatio sive expressa sive tacita ignoratur, valore suo non destituitur. libidem.  
 5. Si procurator mandati fines excedat, nil proflus valet matrimonium, ut si mandatum detur contrahendi certa dote constituta, & procurator contrahat ea conditione non servata nihil agit, quia mandati fines diligeret, & ad unguem observandi sunt. l. 2. d. 11. n. 17.  
 6. Mandatum factum per Pontificem Ordinario, vel per Penitentiarium Confessori, ut dispensent si preces veritate nitantur, non habent vim veræ ac consummate dispensationis, donec Ordinarius vel Confessor dispense; cuius signum est non valere matrimonium virote illius contractum, priusquam Ordinarius vel Confessor dispense. l. 8. d. 30. n. 12.  
 7. Mandatum cessat, cessante causa illius finali. libidem.  
**Maritus.**  
 1. Quidam negant posse maritum, uxorem ab alio deceptam vendicare, at verius est posse vendicare non quasi servam, sed adjecta causa juris divini, & canonici, quo maritus sub sua potestate est: similiter potest maritus ab uxore vendicari adjecta causa juris divini & canonici, quo potestatem habet in viri corpus; teneaturque vir cohabitare, & illi assistere. l. 9. d. 4. n. 9.  
 2. Maritus minime tenetur lege iustitiæ ad uxorem querendam, que sine ipsius viri culpa gravi recessit, nec se admitti petit: quia fugiens, & non rediens renunciat loco facti juri quod habet ad cohabitationem inuitam; tamen tenetur ad id præcepto charitatis, quando uxor non admittit adulterium; vel vir est similis viri reus, ac potest abique infamie nota uxorem querere, & sibi reconciliare, & speratur fore ut uxor multo criminibus abstineat, quorum admittendorum periculo alia exposita esset. l. 10. d. 12. n. 16.  
**Matrimonium.**  
 1. Quatuor sunt synonymia nomina quibus matrimonium nuncupari solet. Matrimonium. Nuptiæ. Connubium. Conjugium. Matrimonium dicitur quia mulier nubit ut mater efficiatur. Appellatur autem Nuptiæ & Connubium, ab obnubendo, seu velando, quia quasi nubis obtegatur virgo velamine quodam dum benedicatur: Appellatur tandem conjugium, ab effectu, eo quod duos ut una caro efficiantur, conjungit. lib. 1. in proemio. num. 4.  
 2. Matrimonium & sponsalia valide contrahere potest mutus, simul & surdus, si intellectum peripicacem habeat ita ut signis edoceri possit quid sit, matrimonium, & sibi indicare consentium: licet quidam Doctores contradicant. l. 1. d. 8. n. 12.  
 3. Si aliquis sit simul mutus & surdus, ac cæcus, nonnulli asserunt hunc posse contrahere matrimonium, a quorum sententia jure optimo alii recedunt; quia mutus solis signis edoceri potest quid sit matrimonium, Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.  
 cæcus autem hæc signa percipere nequit, nec etiam verba cum simul surdus sit. n. 13.  
 4. Matrimonium fide contractum per verba de presenti abique interno consensu invalidum est; secundum tamen matrimonium post illud initum est validum. l. 1. d. 11. num. 1.  
 5. Matrimonium fide contrahens peccat mortaliter; inter enim notabilem injuriam in re gravissima alteri contrahenti: intellige, nisi ex urgenti causa id faceret, ut gratia vitandi magni scandali; tunc enim nec venialiter peccabit, si equivocacione utatur. n. 2.  
 6. Probabiliter quidam docent seculo alio damno fide contrahentem matrimonium non teneri vere consentire; sed verius est teneri ob damnum notabile quod semper sequitur femine, tum in fama, quare alii nubere non poterit, tum etiam quia non permitteat aliud inire matrimonium. n. 3. 4. & 5.  
 7. Quamvis fide contrahens minime copulam habeat, & femina fide ducta non sit virgo, adhuc tenetur vere contrahere; tamen si pessimi exitus, aut gravissimum scandalum timerentur, non teneretur vere contrahere. n. 6. 7. & 9.  
 8. Quoties fide contrahens matrimonium tenetur vere contrahere, non est absolvendus donec vere contrahat, quamvis se contracturum proponat: si tamen ea conditionis signa præbet penitens ac merito persuadent sibi Confessarius illum statim contracturum, potest absolvi. n. 10.  
 9. Matrimonium sive clandestinum, sive publicum contractum inter impuberes, vel inter puberes, & impuberes, attento jure antiquo obligat ut sponsalia, & hoc juris interpretatione, quod jus incorrectum manet per Tridentinum, & ita hodie habet vim sponsalium, licet quidam neoterici asserunt hodie non esse sponsalia. l. 2. d. 21.  
 10. Matrimonium est conjunctio maritalis viri, & femine inter legitimas personas individuum vitæ consuetudinem retinens. l. 1. d. 1. n. 1.  
 11. In matrimonio septem inveniuntur. 1. mutus consensus. 2. externus consensus. 3. mutua corporum traditio. 4. quoddam vinculum ortum ex illo contractu. 5. mutua obligatio ad reddendum debitum. 6. jus quod est in unoquoque ad alterum. 7. usus & consummatio matrimonii. n. 2.  
 12. Matrimonii consummatio, consensus internus, externus contractus, mutua corporum traditio, non sunt in quibus matrimonii essentia consistit. n. 3. 4. & 5.  
 13. Essentia matrimonii esse matrimonium ipsum consistit in vinculo illo quo formaliter sunt conjuges uniti, quod oritur ex mutua traditione. n. 6.  
 14. Aliqui dicunt hoc vinculum esse relationem rationis, quia oritur ex contrahentium consensu, qui cum sit immanens, nihil in re ipsa ponit; sed verius est esse relationem realem, quia fundatur in actione externa, & reali, nempe contractu externo. n. 7.  
 15. Matrimonium dividitur in legitimum, ratum, & consummatum: legitimum dicitur, quod legitimo consensu contrahitur, quale est apud infideles. Ratum dicitur, quando est Sacramentum, nuptiam tamen copula carnali consummatum, & sic matrimonium inideliud dicitur legitimum, non tamen ratum, quia non est Sacramentum. Matrimonium vero consummatum est, quando copula carnali peractum est. num. 9.  
 16. Matrimonium non est naturale, quasi ex propriis naturæ proveniens, ut moveri sorsum est naturale igni: est tamen naturale, id est, ex inclinatione naturali proveniens: unde inferitur matrimonium debere esse indissolubile: nam si libera esset conjunctio, & vagus concubitus, esset incerta proles, & ex incertitudine tepesceret amor, & educationis cura. l. 2. d. 2.  
 17. Matrimonium dum genus humanum paucis continetur, obligabat singulos, nunc autem minime: unde multiplicatis jam hominibus, asserunt quidam matrimonii præceptum cessare, sed verius est extare, extitaturque matrimonii præceptum usque ad mundi finem. l. 2. d. 3.  
 18. Omnibus pereuntibus præter Monachos, quidam negant illos teneri matrimonium contrahere, sed credendum esse tunc mundi finem adesse, & melius tamen sentiant alii teneri, quia præceptum matrimonii naturale est, urgenti necessitate obligans. n. 4.  
 19. Ante Adam lapsum matrimonium institutum est in naturæ officium, eo autem secuto in concupiscentia remedium; & tandem in nova lege institutum fuit, seu elevatum a Christo, ut esset Sacramentum. l. 2. d. 4. n. 1.  
 20. In lege naturæ aliqui consent immediate institutum esse matrimonium, ab Adamo his verbis quæ Deo inspirante protulit, Hoc nunc os ex ossibus meis: se probabilius est institutum simul ac præceptum esse a Deo; illis verbis quæ dixit: Crescite & multiplicamini. num. 2. & 3.  
 21. In lege Evangelica constat de fide matrimonium elevatum esse a Christo ut sit Sacramentum, & se-

v. res. m. 6.

v. Clas. s. 1. d. 1. v. p. v. r. v. s. v. t. v. u. v. x. v. y. v. z.

v. m. v. n. v. o. v. p. v. q. v. r. v. s. v. t. v. u. v. x. v. y. v. z.



9. Arbitrator a partibus electi recusari non possunt, quoties non adeit nova causa, aut non est denuo cognita, quare recusanti incumbit onus probandi hanc causam. Ibidem.

10. Si quilibet pars suum artis peritum eligat, quælibet poterit se electum recusare ex nova causa superveniente, aut tunc denuo cognita. n. 9.

11. Ut matronæ legitime deponant de feminæ virginitate, non satis est ut illius verenda oculis inspiciant, sed desideratur ut perspiciant, asque sufficienter, & sagaciter tangant manibus; sæpe enim corruptæ virginitatis sigillum effingunt, variis utentes ad id medicamentis. n. 10.

12. Signa cognoscendæ virginitatis quæ matronæ habent fallacia sunt: ajunt enim in collo matricis appositam esse quandam telam oblatam de digito immixtus penetrare intro possit, camque in primo coitu dirumpi: præterea ajunt corruptas feminas habere cololum matricis latius atque apertius, contra vero virginis arctius atque compressius: hæc signa fallacia sunt, quia juxta Fragorum Medicum eam telam vix una ex millibus habet: deinde nec lac in mamillis est certum corruptionis signum, quia contingit aliquando in muliere quæ nec gravida erat, nec aliquando peperit, eo quod menstrua desecent. Ibidem.

13. Sanum consilium est, ut iudex districte præcipiat matronis ut antequam feminam inspiciant, quo de ejus virginitate deponant, faciant ipsi præsentibus eam in balneo aquæ competenter calidæ lavari, & tanto tempore moram in eo trahere, quantum necessarium fuerit, ut si forte glutine appositæ verenda mulieris compressa sint atque coarctata, ut virgo appareat, id liquefieri possit. n. 11.

14. In valore matrimonii investigando quæcumque probationes possibiles adhibendæ sunt, & potius debent esse superflue, quam diminutæ, ibidem.

15. Nunquam probat testis ex artis peritia deponens, nisi ex actis appareat eum fuisse diligenter interrogatum a iudice, & examinatum, & nisi reddat causam scientiæ: sed sufficienter matronæ dicuntur reddere causam, si deponant puellam esse virginem, eo quod inspicere partes feminæ in quibus deprehenditur virginitas, & ultra hoc sufficienter tetigere. n. 12.

16. Matronæ, ac reliqui artis periti jurare debent, ut suo testimonio fidem faciant; imo periti artis eligi debent a iudice, partibus præsentibus, & legitime citatis; licet relatio peritorum possit partibus absentibus coram iudice fieri, n. 13. & 14.

17. Matronæ, ac ceteri artis periti, non tenentur eum omnimoda certitudine testificari, sed tantum verisimiliter juxta æstimationem quam ex artis peritia assecuti sunt; quando peritia versatur circa illas res quæ non constant certis & ineluctabilibus disciplinæ regulis, & ita debent jurare. n. 15.

18. Duæ matronæ sunt necessariæ, & sufficientes, ut de virginitate deponant: & idem in aliis artis peritis, quia a regula generali dictanti in ore duorum vel trium stare omne verbum, res hæc non excipitur. n. 16.

19. Regulariter unus artis periti, aut matronæ testimonium minime sufficit: ad hæc fallit quando unus solus reperitur in civitate illa fide dignus, tunc ejus testimonium satis est. n. 17.

20. Quamvis negativa sit difficilis probationis, & major fides habeatur paucis affirmantibus, quam plurimis negantibus: at in testimonio artis peritorum, & subinde matronarum nil distat inter affirmantem, aut negantem depositionem, sed æque creditur affirmanti, ac neganti. n. 18.

21. Peritiores in arte quamvis pauciores, prævalent pluribus minus peritis. n. 19.

22. Ceteris paribus magis est adhibenda fides testificantibus virum esse potentem ad copulam, quam dicentibus frigidum: quod illi verisimiliora, ac naturæ aptiora testentur. n. 20.

23. Quamvis regulariter ad mulierem inspiciendam eligendæ sint matronæ honestatis gratia; at ubi agitur de qualitate altioris peritiam ad judicandum desideranti, quam quæ in feminis reperitur; ne probationum facultas pereat, aut matrimonium validum dissolvatur, vel irritum approbetur, medici periti adhibendi sunt, qui feminam inspiciant. n. 21.

24. Esti regulariter publicæ attestacionibus non possit alii testes admitti, saltem super eisdem articulis; id tamen fallit in testibus ad virginitatem feminæ inspiciendam inductis, quales sunt matronæ, vel medici; possunt enim alii induci post eam probationem: atque id verum, quamvis id tendat in professionis emittæ præjudicium. n. 22.

25. In causa conjugali possunt etiam lata jam sententia, alii testes recipi, necdum solum publicæ attestacionibus: quia in ea non transit sententia in rem judicatam. n. 23.

v. de h. tam e. 31. n. postea. l. 1. c. 27.

Medicinæ.

1. Sunt quedam medicinæ directe ad fetus occisionem

tendentes ut venenum, dilaceratio: percussio: alia autem per se, & directe ad fetus, pravæque humores expellentes, ut venarum ruptio, ventris purgationis pharmaca deservientia: Prioris generis medicinas lumere in feminâ prægnante nefas capitale est, quando probabiliter creditur fetus esse animatum, quia est intrinsece malum: Posterioris autem generis medicinis uti licetum est prægnanti, etiam cum probabili periculo abortus, ubi omnino ad ejus salutem desideratur, l. 9. d. 20. n. 14.

2. In casu in quo prægnanti licet his medicamentis uti, fas etiam est medico ea applicare; imo quando ad salutem feminæ cui medetur prorsus ea medicamenta desiderantur, tenetur medicus, & obitrix ea applicare. n. 15.

3. Femina ipsa cum jure suo ob prolis bonum cedere possit, licite valet ab eis medicinis abstinere, quo abortum vitet, bonoque prolis consulat. n. 16.

4. In unico casu peccant lethaliter contra charitatem, & prægnans ea medicamenta assumens, & medicus; ac obitrix ea applicans, scilicet, ubi spes probabilissima a peritis medicis conciperetur fore, ut matre ab his medicamentis abstinere cum vitæ tamen propriæ periculo, fetus in lucem prodiret, ut baptizari possit, ea autem assumente, periret fetus, baptizate minime recepto, num. 17.

5. Quando medicinæ æque ordinantur ad matris salutem, ac ad fetus nocendum ejusque abortum, licitum est prægnanti illis uti medicisque ea applicare; quamvis quidam negent. n. 18.

6. Ubi medicamentum prorsus anceps est, num auxilium an mortem potius sit illatum, quamvis regulariter sit nefas capitale medium illud experiri; at ubi salus infirmi omnino desperata est, & in nostro casu matris & fetus, peritioris sint, ac nullum aliud appareat auxilium, quidam negant illud licite applicare, dicuntque hanc opinionem esse communem; nihilominus probable est licere: quia nocendi periculum modicum est. Imo in hoc eventu tenetur medicus ea adhibere, quia satius est accipere auxilium experiri, quam spe prorsus desitutum finere infamam perire. n. 19.

Melioratio.

1. Melioratio facta filio ab aliqua causa, vel causa matrimonii incerti, potest revocari in regno Castellæ; secus si facta sit cum tertio ex ea comòdum reportanti. l. 6. d. 22. n. 1.

2. Quamvis donatio, seu melioratio facta filio eo causam matrimonii incerti fit revocabilis, at si ea facta, filioque matrimonium ineunti, afferat pater cum esse melioratum, ut vel si femina ei nubat, vel ampliorem dotem constituat, & hæc de causa matrimonium celebratur, redditur irrevocabilis, licet filius remittat, vel parentem liberum ab obligatione reddat. n. 2.

3. Non potest filius consentire ut aliqua nova conditio adijciatur illi meliorationi aut donationi. n. 3.

4. Non potest filius in ejus gratiam facta est promissio de non meliorando, ut aliquam determinatam duceret in uxorem, quæ eo pacto inito ipsi nupit, remittere id pactum in uxoris præjudicium cui jus erit acquisitum: quia jus alteri, acquiritur, nequit eo invito auferri. numero 4.

5. Est inutilis cautela qua parentes meliorantes filios ex causa onerosa, accipiunt antepochas ab illis, quibus pollicentur filii se melioratione minime usuros; quia quantumcumque donataris id pollicetur, infringi non poterit melioratio in uxoris, & filiorum præjudicium, uxori enim jus quæsitum est. n. 5.

6. Valeret prædicta remissio seu liberatio in remittentis præjudicium, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter: solum autem matrimonium abque sobole, cum jam esset uxoris, & filiorum præjudicium, tenebitur qui antepocham remissionis fecit, illi stare. num. 6.

Menstruum.

1. Ubi fluxus menstrui femine præter naturam fuerit, nimium, ubi præter communem feminarum consuetudinem, quasi continuo ex morbo aliquo acciderit, tunc licitum est conjugalibus usibus, nec ea de causa debitum negari jure potest; quia tunc nullum proli damnum imminet, cum femina inepta sit conceptioni eo morbo oppressa. l. 9. d. 21. n. 1.

2. Quando menstruum est naturale, quod singulis mensibus feminis communiter accedit, plurimi Doctores censent esse mortale tunc debitum petere, propter notabilem prolis jacturam; alii culpam venialem tantum esse docent; quidam debent consilium tantum esse tempore menstrui a debiti petitione abstinere ajunt; sed dicendum est in plurimum, ex se esse veniale, debitum tunc petere, ob turpitudinem, & indecentiam in illo coitu, a n. 2. ad 7.

3. In nullo eventu est culpa mortalis petere debitum tempore menstrui, quamvis conjuges credant fore ut monstrum gignatur, quamvis veritatem melius esse proli ita esse, quam non esse; quare de damno illato sibi conqueri non potest, quamvis quidam censent esse culpam lethalem. n. 8.

4. Si vir fluxum feminis patiatur, nulla ob id est culpa

pa debitum exigere, quia semen illud generationi est ineptum, atque ita nullum damnum inferitur proli. n. 9.

5. Quidam existimant esse mortale reddere debitum tempore menstrui naturalis; Verior tamen sententia cui adherendum est; docet non tantum licere sed teneri debitum reddere, ubi vis admodum non respicit; quia si exigere, quod omnino voluntarium est, vacat culpa, ubi jasta causa inducit, necdum reddere ad quod lex justitiae obligat, a n. 11. ad 16. excipit.

6. Si conjuges probabiliter existimarent monstrum ex eo concubitu gignendum (quod, moraliter scita impossibile est) quamvis vir non peccet mortaliter exigens, ac proinde possit uxorem reddere, ad id tamen non tenetur. n. 17.

Metus.

1. Vis duplex est, quedam absoluta, quedam vero conditionalis: vis absoluta est, quæ violentum simpliciter, & omnino coactum, ac contrarium voluntati efficit: quod a Philosopho sic definitur, Violentum est quod fit ab extrinseco, passio non consentiente vim, id est, non concurrente. l. 4. d. 1. n. 1.

2. Duplex est voluntatis actus; quidam enim est ab ipsa imperatus, & per alias potentias exercitus, ut ambulare, movere membra, & quod ad hoc actus potest omnino, & simpliciter voluntas cogi: alius est actus a voluntate elicitus, propriusque ipsius, ut velle, aut nolle, & hic actus nullo modo potest esse coactus simpliciter. n. 2.

3. Quæ metu quantumcumque gravi fiunt, sunt simpliciter, & absolute voluntaria, & libera; & ita metus non inferit vim præcipientem, sed conditionalem, quia scilicet, scilicet metu voluntas nollit. n. 3.

4. Quæ metu extorquentur, quia cessante metu non eligerentur, magis accedunt spontaneæ, dicunturque simpliciter voluntaria & libera; & secundum quid involuntaria: hinc fit metum quantumcumque gravem non excusare a culpa, in his quæ intrinsece mala sunt, venialia tamen, si alius scilicet metu esset veniale, & per se mortale, si scilicet metu esset mortale. n. 5. & 6.

5. Metus est instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidatio. n. 7.

6. Metus in communi sic dividitur; alius est metus concussivus, qualis est si qui per minas inferitur. Alius est impressivus, qui dicitur metus facti; ut cum actu interveniunt verbera. 3. est suspitionis non temerariæ, sed violentiæ; seu compulsivus potentia. 4. est metus tacitus, & reverentialis, ut filii erga patrem &c. 5. appellatur metus peritiam, quando scilicet morbo laborans prodigè largitur medico timens ne periret, medeatur. n. 8.

7. Metus dicitur quidam cadens in virum constantem & est timor magni mali, qui est iustus, probabilis, & gravis appellatur: quidam vero est metus cadens in virum inconstantem, & vocatur timor injustus, improbilis, levis, & vanus. n. 9.

8. Conditiones quinque desiderantur ut metus cadat in virum constantem. 1. est, ut malum quod timetur grave sit in se consideratum. 2. ut æstimatio mali quod timetur sit fortis. 3. ut metum incutiens potens sit minas exequi solitus sit eodem genere mali comminari. 5. ne possit timens facile occurrere malis, quæ timeantur. a n. 10. ad 23.

9. Non requiritur realis, & vera pernarum illatio, ut dicatur timor gravis, quia sic non timor, sed damnum diceretur, unde satis est timor probabilis proxiqz illationis. nu. 16.

10. Iusta & probabilis metus suspicio habetur pro metu, & sic satis est ad rescindendum actum. n. 17.

11. Timor inferendæ violentiæ, licet illata non sit vitia electionem. n. 18.

12. Requiritur electio minoris mali, ut ex parte subjecti dicatur metus cadens in constantem virum, id est, ad hunc effectum ut timens constantem agat culpæque immunis sit: verum id non requiritur ut dicatur cadere in constantem virum; quoad rescissionem matrimonii, & ceterorum contractuum; sed ad id satis est, si timor ipse ex parte objecti fit cadens in constantem virum: multi tamen docent exigi, ut timens eligat minus malum, quare non cadent in virum constantem, quoties timore cogitur pejus malum eligere: & hæc sententia est satis probabilis. l. 4. d. 2.

13. Tamquam certum statuendum est metum cadentem in virum constantem dici respective, & proinde metum qui respectu unius est cadens in virum constantem, non esse talem respectu alterius, qui fortior & robustior est, unde minor metus desideratur in femina, quam in viro. l. 4. d. 2. n. 2.

14. Ad irritandum feminæ matrimonium, aut alios contractus metu ab ipsa celebratos, sufficit metus cadens in constantem feminam. n. 3.

15. Ut discernatur quis metus fit cadens in virum constantem, attendenda est ætas, ut senex, vel puer sit cui metus incutitur: item ejus fortitudo, in partaque animi magnitudo, aut paritas, & fragilitas. n. 4.

Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

16. Non debent mala quæ metum cadentem in virum constantem incutiunt semper timeri in propria persona, sed sufficit ut timeantur in persona filiorum, uxoris, fratrum, & aliorum consanguineorum, affinitiveque ad quartum gradum, nec non amicum & secundum aliquos etiam domesticorum. l. 4. d. 4.

17. Quæ sine mala gravis, & sufficientia metus cadentis in virum constantem, pro fore externo relinquuntur iudicis arbitrio: in interno autem procedentis arbitrio, l. 4. d. 5. n. 1.

18. Metus mortis, armorum, servitutis, captivitatis, gravis exilii, carceris, amissionis status, & honoris, stupri comminatio, sive in viro, sive in muliere; metus infamiae juris, vel facti, cui non potest facile occurrere metus amissionis bonorum, aut majoris partis, vel etiam rei magnæ, & notabilis: item metus amissionis instrumentorum totius, vel majoris partis patrimonii: imo timor amissionis magni lucri: ad quod quis habeat jus, cadunt in virum constantem. a n. 2. ad 23.

19. Idem metus per quem ceteri contractus veniunt rescindendi, sufficit ut matrimonium eo eum contractum irritum fiat, imo non requiritur ut sit tam iustus, l. 4. d. 6. n. 2.

20. Solum metus reverentialis, nisi minæ, aut verbera, aut alius metus gravis illi adjungatur, non cadit in virum constantem, ac proinde nec annullat matrimonium, nec alios contractus rescindit: multi tamen diversimode contrarium opinantur. l. 4. d. 6. a n. 4. ad 7.

21. Si cum metu reverentiali concurrat filium esse valde imbecillum, & crudeliter etiam circa uxorem, vel patrem erga filium non consentientem: tunc si vir, aut pater præcipiat uxori, aut filio ut contractum celebret in ipsius præcipientis utilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum. n. 11.

22. Censetur metus viri constantis sine minis, si is cui reverentia debetur, nimis crudelis sit, & sævitiam præ se ferat; solitiusque sævire sit, ubi sive non obtemperatur voluntati. n. 12.

23. Vultus potentis terribilis absque minis incutit iustum metum, quia virtute clauduntur ibi minæ. n. 13.

24. Si filia matrimonium contraheatur non præcedentibus minis, solum eo timore ne patris indignationem incurrat, quam probabiliter putat fore diuturnam, effect metus cadens in constantem virum. n. 14.

25. Quidam censent solum metum reverentialem annullare matrimonium, & alios contractus, quando enormis læsio contingeret; hæc limitatio in aliis contractibus amplectenda est, sed in matrimonio prorsus displicet; & ita non redditur irritum matrimonium ex solo metu reverentiali cum enormi læsione. n. 15.

26. Affirmant multi metum solum reverentialem annullare professionem religionis, non autem matrimonium: verius tamen est nil distare in hoc inter matrimonium & professionem, & sic metum illum solum non annullare professionem, sicut nec annullat matrimonium: quia tam professio, quam matrimonium liberum consentiam exigunt, & eodem metu irritantur. n. 17. & 18.

27. Ut metus reverentialis cum minis sufficiens sit ad rescindendos contractus, & annullandum matrimonium, desideratur ut minas sit solitus minas exequi; quamvis quidam solas minas sufficere censent. n. 20. & 21.

28. In dubio quando vir potens, vel magistratus minatus est, & dubium erat de sua conditione, an atroc esset, & solitus minas exequi, dicendum est incutere iustum metum. n. 22.

29. Metus reverentialis datur in eo, qui jure aliquo subjectionis alteri subest, ut in clerico respectu Episcopi; in seculari respectu magistratus cui subditur; in uxore respectu viri, in filio respectu patris. n. 25.

30. Metus reverentialis est; timor foetri, avi, patris, & aliorum ascendentium, curatoris, matris crudelis, & austeræ; item timor fratris majoris natu in fore; aut in fratre minori respectu majoris: idem dicendum de sorore minore cohabitante cum sorore majori, a qua gubernatur. a n. 26. ad 34.

31. Si præsentem filio, & tacente contraheatur pro eo pater, & actus sit præjudicialis, satis est metus reverentialis, ut non censatur filius consentire tacendo: si vero sit actus favorabilis, ut matrimonium, tunc censetur filius consentire; nec si consensus annullatur per solum metum reverentialem. n. 37.

32. Si matrimonium aut sponsalia essent indigna filio, & ei præjudicialia, non præsumitur consensus ob taciturnitatem, quando filius taceret ob paritatem reverentiam: at si revera consentiret, non annullaretur matrimonium per eum metum. n. 38.

33. Professio tacita censetur annullari per solum metum reverentialem; quia actus profutendi est valde onerosus, & sic per taciturnitatem, & actus tacitus, & præsumptus non inducitur consensus, & quando ille taceret ob reverentiam, alias minime taciturnus, n. 39.

34. Quorundam opinio est contractus metu viri constantis initos, esse ipso jure nullos; contra tamen sententia est tenenda valere contractus metu initos, esse tamen rescin-

v. Blam. stic.

recidendos; actione quod metus causa. l. 4. d. 8. n. 2. & 4.  
 35. Per contractus metu gravi celebratos, transferuntur dominium, quia validi sunt, n. 5.  
 36. Verius est jurisdictionem metu extortam valide transferri. n. 6.  
 37. Si metum passus incidit culpa sua in metum, non essent recidendi contractus metu cadenti in constantem virum celebrati, quia metum passus non fit iniuria, cum metus iuste inferatur. n. 8.  
 38. Negant quidam extorta per metum levem esse necessario restituenda; alii autem esse restituenda tantum in actibus gratuitis ut in donationibus, secus in contractibus onerosis, ubi non intervenit mera gratia; verior tamen sententia iudicium docet extorta per metum levem, qui est causa sine qua non esse in foro conscientie restituenda; imo & in foro externo licet non daretur actio quod metus causa, nisi metus cadat in constantem virum; ceterum metum minore passio succurreret officio iudicis, & rescinderet contractus. l. 4. d. 9. n. 1. ad 5.  
 39. Quando metus incusis non est ad extorquendam donationem, vel alium contractum, & fit donatio, valet utique, nec tenetur alter restituere. n. 7.  
 40. Potens aliquid accusare; eoque timore illaro aliquid extorquens ne accuset, minime tenetur restituere, quia privatur actione accusandi quam habebat. n. 9.  
 41. Quando metus iuste incutitur, non tenetur accipiens restituere, quia cessat iniuria, & iniuria, quae est causa restitutionis. n. 8.  
 42. Quamvis metus reverentiae abique minis non sit cadens in virum constantem, ac proinde non sit sufficiens, ut in foro conscientie, si involuntarium contractum; at in foro conscientie, si involuntarium contractum efficiat, quia dans & contrahens id spontanea non efficit, sufficit ut in eodem foro obliget ad restitutionem. n. 11.  
 43. Ut dicatur metus reverentialis, non sufficit metus, & verecundia quae naturaliter inest filii coram patre, vel aliis quibus debetur reverentia; sed tunc id evenit, quando reverentia metum inducit, & causa fuit, ut filius consentiret, timens non offendere patrem, vel alium cui debetur reverentia, & non audens illi contradicere. n. 12.  
 44. Filius qui metu reverentiali paterno, vel materno, patri morientis ad ipsius infantiam timens eius indignationem promissit solvere eius debita, vel legata, alias nullo modo promissurus, non tenetur in foro conscientie, quia metu fecit: si tamen abique eo metu promissit, nec ductus errore quo credebatur patrem detinendum in purgatorio debitis non solutis, tenebitur utique: si autem minor sit 25. annis cum obligatio illa solvendi debita sit fideiussoria, potest adversus illam beneficium restitutionis in integrum uti, n. 16.  
 45. Creditoris partem debiti remittente, desperante fore ut alias debitum recuperet, ut hac remissione ductus debitor reliquam debiti partem solvat, debitor non est tatus, sed tenetur partem debiti sibi condonata restituere, potestque creditor oculata compensatione uti, quia ea remissio mixtum involuntarium habet, & maxime quando fraus, vel culpa aliqua debitoris intervenit. n. 17.  
 46. Duplex est metus incusis, quidam est ab intrinseco, vel a causis naturalibus; ut a morbo, tempestate, feris, animalibus: alter vero est ab extrinseco, id est, a causa libera: rursus hic metus adhuc est duplex, quidam incusis a causa libera, sed non gratia matrimonium extorquendi, sed alia de causa: alter vero incusis gratia extorquendi matrimonium; & hic potest incuti iuste ut dum minans comminatur malum quod iuste inferre potest, vel iniuste, ut si malum illud iniuste inferat, ut propria & privata auctoritate necare. l. 4. d. 12. n. 2.  
 47. Quoties metus non est incusis ad extorquendum matrimonium sive proveniat a causa naturali, sive libera, quantumvis gravissimus sit, non reddit irritum matrimonium. n. 3.  
 48. Matrimonium contractum cum concubina metu praesentem ex morbo, aut naufragio, aut fera, bestia, aut inferni timore, est firmum, quia is metus non inferatur a causa extrinseca libera ad extorquendum matrimonium. n. 4.  
 49. Si medici afferant quoniam obituum ob haemorrhoidum abundantiam nisi ducatur axorem, valet matrimonium; quia metus est ab extrinseca causa naturali. n. 5.  
 50. Matrimonium contractum per detractionem in carcerem, si non animo extorquendi matrimonium detractionem sit, validum est. n. 6.  
 51. Validum est matrimonium dum mortedamnatus, quo incolonus evadit ducit meretricem iuxta morem, aut statum aliquarum religionum: idem dicendum etiam si ipse damnatus non offerat matrimonium, sed alius ei promittit immunitatem ab ea poena, si certam feminam ducat. n. 8. & 9.  
 52. Si iudex capto iuste mortemque timentis vite condonationem promittat, si ducat ipsius iudicis filiam, aut aliam feminam, alioquin ei mortem iuste in fo-

v. Fidei  
 iussor.  
 v. Hic  
 aliter  
 cap. 6.

rendam comminetur, valet matrimonium, quia metus non incutitur ad matrimonium incendum, sed jam conceptus auferitur, traditurque modum periculum evadendi. num. 10.  
 53. Si Princeps obessus matrimonium offerat cum filia obediens, ut sic animi concilietur, obediensque solvat, validum est. num. 13.  
 54. Si parentes aut consanguineis interficere velint in stupro inventum; & ipse tra sponte & a nemine coactus offerat matrimonium cum stuprata, ut mortem vitet, validum est. num. 14.  
 55. Matrimonium contractum ab aegro, morbo lethali oppresso, cum filia medici, aliter ei mederi nolentis, est validum, & periculum minime mortis timorem incutit, sed morbus, ac matrimonium petit tantquam stipeodium. num. 15.  
 56. Matrimonium contractum metu cadenti in constantem virum ad eum finem iniuste incusis, est nullum in utroque foro: quamvis nonnulli affirmant rescindendum esse instar aliorum contractuum metu initiorum: & nihil refert sive metus inferatur per contractum, sive abique eius culpa, & scientia per quemcumque alium. num. 16. & 19.  
 57. Probabiliter quidam negant matrimonium initum metu cadenti in constantem virum valere, quamvis metus iuste incutitur; alii etiam probabiliter docent, si metus sit lege incusis ad illum finem matrimonium extorquendi, tunc quamvis iudex metu mortis ad id compellat, valere matrimonium, secus ubi metus non esset lege incusis: probabilior sententia ait, metum non reddere irritum matrimonium, quando iuste incutitur. l. 4. n. 13. n. 1. 2. & 3.  
 58. Quamvis metus in quem aliquis sua culpa incidit, secundum opinionem probabilem annullat matrimonium; in dotis tamen promissione nullo modo locum habet; quia id in iure non exprimitur. n. 5.  
 59. Dum iudex excommunicatione cogit contrahentem sponsalia illa implere, matrimonium incendo, moderate cogens nec finaliter compellens, sed absolvens, quando nimis oblatum contrahentis animam conspiraret, validum est matrimonium eo metu initum; quia metus ille iure praecipiente inferitur. n. 6.  
 60. Si iudex praecise cogat stupratorem ut ducat virginem a se vitatam abique fide matrimonii, non valet quia iniuste, & per injuriam extorquet, cum tantum possit cogere ducere, vel dotare. nu. 7.  
 61. Non tantum valet matrimonium quando iudex iuste revera, & a parte rei compellit ad illud, sed etiam quando iuste secundum allegata, & probata; & e contra non valet si iudex iniuste secundum allegata cogat, quamvis in re iustum esset: quod est iniuria. n. 8.  
 62. Ajuat quidam probabiliter metum in virum constantem cadentem, iure divino & naturali irritare matrimonium, verius tamen est solo iure ecclesiastico matrimonium esse irritum extortum metu. l. 4. d. 14. n. 1. & 2.  
 63. Inter infideles validum est matrimonium contractum metu; nisi apud illos sit lex civilis illud irritans: Contra Sotum & alios. num. 3.  
 64. Quando matrimonium metu contractum est, secundum Navarrum & alios probabiliter opinantes, non potest ille qui libere consensit, resiliere, sed tenetur congruo tempore arbitrio prudentis expectare, an alter velit stare matrimonio; & peccabit mortaliter si altero invito resiliendo non expectet; verum probabilis est cogentem non teneri in foro conscientie perficere illud matrimonium, donec per iudicem condemnentur. l. 4. d. 15.  
 65. Nullo modo peccat vero consensus matrimonium metu gravi extortum iniens, quamvis id esse irritum norit, & iuramentum accedat. l. 4. d. 16.  
 66. Quamvis in foro externo Ecclesiae, matrimonium non irritetur ex metu non cadente in virum constantem; at in foro conscientie aliquos, aliquando potest irritari metu levi, quando scilicet consensus non est spontaneus, sed illo metu extortus: verum sequendo horum opinionem solo iure ecclesiastico irritum reddi matrimonium contractum metu, dicendum est tanquam quid probabilis solum metum gravem irritare matrimonium. l. 4. d. 17.  
 67. Sponsalia metu viri constantis inita, ipso iure sunt irrita, sicut & matrimonium: licet quidam non improbabiler oppositum teneant. l. 4. d. 19. n. 1. 2. & 3.  
 68. Metus levis non irritat sponsalia; quia jus loquitur de metu cadenti in virum constantem. nu. 4.  
 69. Quamvis sponsalia metu viri constantis inita essent valida, possent coactus propria auctoritate ab eis resiliere: illi enim competit actio ad petendum a iudice rescissionem, unde & ei competit exceptio. n. 5.  
 70. Contrahens sponsalia metu levi, potest similiter propria auctoritate resiliere, quia quamvis in foro externo non competat actio, nec exceptio; competit tamen in foro conscientie. num. 6.  
 71. Quando vi praecisa cognoscitur femina a viri consanguineo, non privatur iure debitum exigendi;

quod affinitas inique contracta, ei non officit coniugi, qui iniquitatis participes minime fuit. l. 9. d. 31. n. 1.  
 72. Uxor levi metu incestui connivens privatur debiti exactione, quia culpa sua affinitatem contraxit: quod si mariti consensu, aut praecipio id effectum sit; non tenetur uxor ei debitum reddere, imo nec potest, nisi in fraudem matrimonii, id uterque conjux fecerit. n. 2.  
 73. Uxor metu gravi levi cadente in feminam constantem cognita a consanguineo viri, privatur potestate debiti exigendi, quia in iis quae adversantur iuri divino, & naturali, quale est copula illa; metus non excusat a poena. n. 4.  
 Minor.  
 1. Minor iure dicitur, tam masculus, quam femina, post pubertatem usque ad 25. annum completum: pubes autem dicitur masculus post 14. annos completos: femina vero post 12. similiter completos: ante hanc aetatem puer dicitur impubes, seu pupillus, femina autem pupilla: approximari autem pubertati dicitur puer 10. annum cum dimidio excedens & femina cum excedit nonum & dimidium. l. 6. d. 38. n. 2.  
 2. Minor curatorem habens episcopus licentia contrahens, obligatur naturaliter, & civiliter: si tamen abique eius licentia, non obligatur civiliter: quando vero minor curatore caret, obligatur ex contractu naturaliter, & civiliter, licet si ledatur, possit beneficium restrictionis implorare: intelligit; praeterquam in alienatione bonorum immobilium vel mobilium, quae conservando conservari possunt; in hac enim ultra curatoris auctoritatem, desideratur iudicis decretum. n. 4. & 6.  
 3. Pupillus pubertati proximus auctoritate tutoris contrahens obligatur naturaliter, & civiliter, si vero tutor caret, non obligatur civiliter ex contractu, quia illi administratio est interdita. n. 5. & 8.  
 4. Si minor curatorem habens abique illo contrahat, obligatur naturaliter & civiliter, quatenus factus est locupletior, & in eius favorem contractus est illi locupletior. n. 7. & 9.  
 5. Quamvis minor auctoritate tutoris, vel intervenientis iudicis decreto contrahat, si laesus sit, potest petere restitutionem: dicitur autem minor laesus ut si restitutionis beneficium uti possit, quodcumque factum actum ex quo nulla sibi utilis, sed damnum sequi potest, num. 11. & 12.  
 6. Si minor pubes factus juret contractum onerosum, vel lucrativum, firmatur iuramento, teneturque illi in utroque foro stare, nec competit ei restitutio, quamvis tunc defectum minoris aetatis: quod verum est, sive iuramentum in ipso contractu, sive ante, sive post apponatur. Item est verum si minor per se, sive per procuratorem cum speciali mandato ad iurandum constantem juret: idem dicendum licet minor curatorem habens abique eius auctoritate contrahat: imo firmatur iuramentum, ac validam reddit alienationem immobilium factam per minorem abique curatoris auctoritate, ac iudicis decreto. n. 13.  
 7. Multi, & valde probabiliter affirmant satis esse, ut iuramentum contractum firmet, si iurans proximus nihilominus obligabit tale iuramentum impuberi donec relaxetur. n. 15. 16. & 17.  
 8. Quoad obligationem naturalem ex contractu cogentem, idem omnino dicendum est de minori pubere habente curatorem, & abique eius auctoritate contrahenti, ac de pupillo, quia in hoc aequiparantur. n. 19.  
 9. Secundum communione, ac probabilior sententia pupillus, aut minor contrahens sine tutoris, aut curatoris auctoritate, obligatur naturaliter, & in foro conscientie ex contractu; licet contraria sit etiam valde probabilis: ut autem obligetur naturaliter, debet esse pubertati proximus; deficit enim ante illam aetatem plena intelligentia. n. 20. 21. & 24.  
 10. Si pupillus cum ipso tutore contrahat, tunc nec naturaliter obligatur nisi altero tutore auctore vel pupillus factus sit locupletior; imo in hoc casu tenetur pupillus tutori, & naturaliter, & civiliter. n. 25.  
 11. Si promissio facta fit de rebus, quarum alienatio est interdita minori abique iudicis decreto, ut sunt mobilia, & mobilia quae servando servari possunt, tunc non obligatur pupillus etiam naturaliter, licet auctoritate tutoris abique iudicis decreto promiserit, vel alienaverit, quia jus tali alienationi restitit. n. 26.  
 12. Si pupillo vel adulto ex aliqua causa iudex interdixerit administrationem; tunc nec naturaliter obligabitur; eadem ratione qua de prodigo, cui datus est curator. n. 27.  
 13. In regno Castellae minor sub tutore constitutus, sine licentia curatoris non obligatur civiliter, aut naturaliter ex contractu pecunia credita in ius: idem dicendum de filiofamilias, si major sit sive minor, si miles contractum abique patris licentia ineperit. n. 29.  
 14. Habens rem a minori, si ius tutoris auctoritate, quovis titulo habeat, non tenetur restituere, donec mi-

nor laesus utatur beneficio restitutionis, quia valet is contractus in foro conscientie donec rescindatur, cum minor & pupillus naturaliter obligentur. n. 31.  
 15. Non potest minor abique iudice decreto donare arrarum nomine mobilia, aut mobilia, quae servando servari possunt, nec oritur inde obligatio naturalis. n. 37.  
 16. Quando sine decreto minor donasset hujusmodi bona, arrarum nomine, ratificaretur donatio hac transacto quinquennio, postquam minor inveniat 25. annum. n. 38.  
 17. Si bona sint mobilia, & quae servando servari nequeant, ut pecunia &c. non requiritur decretum iudicis ad bonum honorum alienationem, sed sufficit, & desideratur curatoris auctoritas, si minor curatorem habeat. n. 39. & 40.  
 18. Si minor dederit moderate arras, ut si infra decem annorum honorum partem dederit, non potest implorare restitutionis beneficium, quia fecit quod quilibet major, & prudens gessisset. n. 41.  
 19. Quod de arras per minorem promissis a casu 15. dictum est, idem dicendum de sponsalitia largitate. n. 42.  
 20. Si minor arrarum, aut sponsalitia largitate contractum juret, valetbit quippe accedente iuramento, licet mobilia donaverit, abique curatoris auctoritate, iudicisque decreto; imo nec poterit uti beneficio restitutionis, nisi casu quo majori competeret. n. 4.  
 21. Minor quoad professionem religionis, & cetera spiritualia reputatur major ad eum effectum ut possit abique curatore agere, & possit valide abique illo matrimonium inire, ac profiteri; non tamen ad eum effectum, ne laesus circa hac, quando revocari possunt, reclamare possit beneficium restitutionis petens. lib. 7. d. 37. n. 29.  
 22. Minor potest restitui adversus propriam confessionem, & petere ut res ad eum statum reducat, ac si confessio facta non fuisset: quia quamvis ille in causis matrimonii reputetur major, ac subinde restitui nequeat: at potest restitui circa judicialia in his actibus contentiva. l. 7. d. 112. n. 17.  
 23. Minor non restituitur adversus delictum a se commissum. ibidem.  
 Modus.  
 1. Affirmant quidam modum contrarium substantiae, aut bonis matrimonii ipsum non annullare, ut contra hoc tenent, ut venena sterilitatis proceus, vel ut de adulterandam tradas; quia modus non ad naturam contractus spectat, sed ad finem intentionem per contrahentem; verum concludendum est, modum contrarium substantiae aut bonis matrimonii, ipsum annullare, sicut & conditionem contrarium. l. 5. d. 19. n. 4. & 5.  
 2. Si modus sit impossibilis, & g. contra hoc tenent, ut digito caelum tangas; valet omnino matrimonium, rejecto modo, & similiter si sit turpis. n. 7.  
 3. Si modus est necessarius, ut contra hoc tenent ut moriaris, habetur statim pro impleto, sicut de conditione necessaria dictum est. n. 8.  
 4. Si modus sit honestus, & possibilis, non suspendit matrimonium, sed statim est validum, quia natura modi est ut non suspendat. n. 9.  
 5. Si modus honestus, & possibilis cedat in apponenti favorem, ut contra hoc tenent ut de mihi centum, valet statim matrimonium; at alter tenebitur modum adimplere: si vero modus sit gratia tantum alterius contrahentis, ut contra hoc tenent ut de centum libris, ut habeas unde emas tibi fundum, ad nil tenetur. ibidem.  
 6. Si sponsalia contrahantur in diem, ut contra hoc tenent abhinc uno anno, quamvis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura, & obligant. n. 11.  
 Naturalis.  
 1. Filius conceptus ex fornicatione cum sponsa de futuro, non est adulterinus, sed naturalis, quia tempore conceptionis poterant parentes non obstantibus sponsalibus, valide, peccando tamen, contrahere matrimonium: item naturalis est, non spurus, filius genitus post simplex votum castitatis: debet ergo ut filii spurici dicantur, non naturales, inesse inter parentes tempore conceptionis prolis impedimentum dirimens matrimonium. l. 1. d. 2. n. 8.  
 2. Ex contractu duplex potest oriri obligatio, altera est civilis, id est, ad quam implendam datur actio in foro externo: altera est naturalis, id est, ad quam implendam licet non datur actio in foro caularum, obligat tamen in foro conscientie. l. 1. d. 7. n. 14.  
 3. Naturalis obligatio duplex est, quaedam est tantum ex honestatis, & gratitudinis debito, quae proprie obligatio non est, nec eius transgressio peccatum inducit; altera est quae oritur ex vinculo legis naturalis, & haec obligat in foro conscientie, licet ius civile non concedat teneatur naturaliter, non tamen civiliter, restituere. n. 15.  
 4. Regula ad cognoscendum quando ex aliquo contractu oriatur obligatio naturalis, & quando civilis,  
 Bb 4  
 v. debitorum c. 14. c. 109.